


**Christophoris Gotthelf Stemleri Philos. Mag. De Deo Abrahamvm In Monte Provisvro Dissertatio Philologica Gen. XXII, 14. Aliaqve V. et N. T. Oracvla Illvstrans : Viro ... Domino Joanni Gottfrido Hermanno Sacrorvm Plaviensivm In Variscia Antistiti Constitvto Consecrata**

Dresdae: Excudebat Jo. Guiliel. Harpeterus, [1738?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn869951815>

Druck Freier  Zugang





29

Fa-1092 (29.)

2.

3.

5.

6.

7.

8.

9.


10.

12.

13.

14.

15.



CHRISTOPHORI GOTTHELF STEMLERI  
PHILOS. MAG.  
DE  
**DEO**  
ABRAHAMVM IN MONTE PROVISVRO  
DISSERTATIO PHILOLOGICA  
GEN. XXII, 14. ALIAQVE V. ET N. T. ORACVLA  
ILLVSTRANS

---

---

V I R O  
SVMME REVERENDO ET  
EXCELLENTISSIMO  
D O M I N O  
JOANNI GOTTFRIDO  
HERMANNO  
SACRORVM PLAVIENSIVM IN VARISCIA  
ANTISTITI CONSTITVTO  
CONSECRATA

---

---

D R E S D A E,  
EXCVDEBAT IO. GVILIEL. HARPETERVS.

26.

25.

24.

23.

22.

21.

20.

19.

18.

17.

16

CHRISTOPHORI GOTTFRIDI BRUNNI  
DE  
DIO  
VIRI  
EPISCOPUS  
D. O. M. I. N. O.  
GOTTFRIDUS  
SACRORUM SACRAMENTORUM  
CUM  
LIBRIS



VIR SUMME R FVFR ENDE  
ET EXCELLENTISSIME,



Vod saepius & iterum haectenus in uotis fuit;  
vt publice obseruantiae animique erga TE  
deuinctissimi edere possim documentum, en!  
hodiernus attulit dies, quo inter bonorum  
omnium adclamationes faustas, diuino plane  
nutu clementissimique patriae nostrae PATRIS  
iussu, ab Amstelodamensi, qua puriorum est partium ecclesia, euocatus,  
Episcopi munus splendidum non minus quam arduum satis, hume-  
ris TVIS Senatus sanctioris Synedriique Adfessoribus grauissimis  
auctoritate imponitur. Nae ingratissimus forem, si id, quod ami-  
citiae leges sanctissime haectenus inter nos cultae iure meritoque  
postulant, adplaudentium uotis, & mea denegarem, qui TE pro  
eo ac par est ac decet, semper colui, & nunc ueneranda mente  
fauorem TVVM exosculor. Quum uero ab eo ipso temporis  
momento, quo in TVI memoriam peruenire licuit, singularis pro-

A 2

uiden-

26.

25.

24.

23.

22.

21.

20.

19.

18.

uidentiae diuinae testem TE esse edoctus, luculentioraque indies se se prodiderunt his temporibus documenta, non absonum esse iudicau, si ea de re paulo luculentius mentem meam TIBI declararam traderem. Cum itaque inter legendum obtulerit se se oraculum a me hac ipsa scriptione, leui quidem brachio, quod inficias ire nolo, explicatum; eo lubentius sub nomine TVO diuulgari consilium cepi, quo magis commentatione dignum existimaui; Quod equidem, si TE quasi erudiens id fecissem, iure reprehenderer. Sed ab hac adulatione plurimum me abesse ipse nosti; neque ut ea cognoscas, quae TIBI sunt notissima, TIBI trado; Sed quia facillime in nomine TVO adquiesco, & TE aequissimum eorum studiorum habeo existimatorem, quae TECum mihi semper fuere communia. Quantum itaque literis, quantum studiis delectationibusque nostris veteribus consequi datum fuit, id omne ad arbitrium TVVM, qui etiam mecum haec amasti, libentissime confero; Legas hasce plagulas uelim, iisdemque ex animo, sin minus, humanitatis causa suffragium TVVM addas, & si obueniatur, quod minus comite scriptum fuerit, corrigas, ita tamen, ne mihi noceat. Quemadmodum enim Aristarchus ille, Homeri versum negat, quem non probat; sic TV (liceat mihi iocari) quod aptum non erit, ne putaris meum. Cum itaque nihil TIBI quam hoc chartaceum munus offerre queam, Deum ardentissimis precibus in partes uoco, ut TE splendidissimamque TVAM gentem omni optandarum rerum adfluentia semper beet. Vtere forte TVA non vulgari feliciter, quae cum e consueto tramite iam dudum TE eripuerit, quam felicissimos prosperrimosque rerum TVARVM successus, augurari non solum, sed & certo promittere finit. De obseruantiae fideique in TE meae constantia non est quod dubites, certissimusque sum, a TE & me amari, si me idem in TE hoc facere senseris. Vale & res TVAS ex uoto perage. Scribebam Dresdae d. XII. Iul. MDCCXXXVIII.

§. I. Prae-

§. I.



Præteritorum Numinis sanctissimi beneficiorum probis collatorum memoria, iis non solum semper solet esse maximopere grata & accepta, sed etiam futurorum bonorum olim exhibendorum certissima quasi sunt indicia & documenta. In donis gratiae in primis, cum salute aeterna coniunctissimum indissolubilemque habentibus nexum obtinere illud haud raro conspicere datum est, propterea ex primitiis etiam interdum exiguis, spem concipere licet certissimam. Rom. VIII, 23. Philip. I, 6. Neque tamen hic subsistunt carissima Dei pignora, cum feliciori forte vtantur, uerum etiam in angustiis constituti, externis cum fuerint, atque ex iis diuina manu mirabili modo, successu non minus felicissimo liberati, spem capiunt nouam, ac sibi non tantum, sed & Ecclesiae similes euentus felices, ubi res conclamatae etiam uidentur, polliceri solent. Huiusmodi enim praeter omnem expectationem, opinionemque omnem, liberationis quo ad corpus, concessa beneficia edocent: Deum ex tenebris lucem & ex morte uitam producere posse, suorumque curam gerere semper, eo maxime temporis momento, quo humana consilia auxiliaque omnia, illos in summo rerum uitaeque discrimine uersantes destituunt, ut gloria bonitatis potentiaeque eius magis exinde ac magis elucescat. Hac itaque de re euidenter edocti ex praeteritis eiusmodi beneficiis futura simul haud absque fundamento colligunt, iuxta illud Pauli: *ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα*, Rom. V, 4. Effati enim huius ueritatem ipse diuino Spiritu adflatus uir proprio exemplo dedit comprobata: *Qui ex tanta morte, dicens, nos eripuit & eruit: in quo speramus nos adhuc etiam ereptum iri*. II. Cor. I, 10 Cui iam dudum praecuerat Hieropsaltes, *Iehoua*, canens, *qui eripuit me a leone & uerso, idem eripiet me e manu Pelischaetai israhel*, I. Sam, XVII, 37. Longe autem ante Daudidis tempora, ABRAHAMVS fidelium pater, mirabilem inexpectatamque dilectissimi filii ex praesentaneo mortis paterna manu inferendae periculo ereptionem, liberationis non unius futurae filii promissionis argumentum, pignus, umbram typumque esse merito existimauit, solemnique ritu id testatus est, uocando nomen loci illius **יְהוָה יְרָאֵה** IEHOVAH PROVIDEBIT: quae deinceps uerba fideles eius posterius clarius expressere, dicentes: **IN MONTE IEHOVAE PROVIDEBITVR;**

26.

25.

24.

23.

22.

21.

20.

19.

18.

quemadmodum inter sacros omnium primus auctor MOSES iis in uerbis relatum dedit, quae iam iam illustrare quodammodo suscepi.

## §. II.

Quod si uero in explanandis oraculis diuinis, antecedentium & consequentium nexus, utramque faciat paginam; quemadmodum uno id ore fatentur omnes, qui de hoc sacro scientiarum genere praecepta dederunt; ita & nostra quoque intererit, ut sciamus, quam ob causam oraculum hocce litteris fuerit mandatum. Probaturus nimirum *Abrahamum* Deus, non quidem tentatione seductionis, sed probationis, ut in scholis theologorum dicitur, neque ut ipse aliquid disceret, sed ab aliis sciri & cognosci faceret, mandauerat filii *unici*, ex legitimo coniugio cum SARA, atque in domo superstitis, immolationem, *com. I. II.* Abrahamus obsequio promississimo admirandaque fiducia ad executionem durissimi mandati se se parat, *com. III, X.* Verum enim uero, uti Deus ab aeterno uoluit quaedam praecipere in tempore, quae tamen exequi noluit, ita etiam finem mandati huius, probatorii tantum, ANGELVS IEHOVAE coelesti uoce prohibuit, simulque insignem Abrahami obedientiam ac fidem laudauit, & tandem diuina ei quasi manu *arietem* obiecit, dilectissimi filii loco mactandum, *com. XI. XII. XIII.* Et sic, per laetissimam hanc *κατα-εσοφνη*, singulari experimento didicerat Abrahamus: Deum etiam *ἀπὸ μηχανῆς* a) interdum adesse piis, & in extremo necessitatis puncto constitutis, auxilium ferre exoptatissimum. Haec uero experientia patris fidelium spem, ut & probatissimorum eius posterorum, de auxilio Dei, uti in aliis, sic etiam simili necessitatis statu, sibi nec aliis piis defuturo, uehementer confirmauit; imo & fidem eius ac posterorum de *Agno Dei* praecognito ante iacta mundi fundamenta, & promisso *Mediatore*, loco omnium mortalium & filiorum promissionis mactando, cuius in ariete hic substituto, atque immolato, in holocaustum Isaaci uice, illustrem imaginem typumque conspexerant, ualde corroborauit & auxit; quemadmodum ex asse patebit, si pia attentaque mente tum *factum* Abrahami, tum ex eo recte deductum clariusque explicatum dictum prolis eius, utrumque pium non minus quam *propheticum* considerauerimus.

## §. III.

a) Loquendi formulam hanc *Deus ex Machi-*  
*na*, optime illustratam inuenies in Pro-  
gram, ACAD. LIPSIENS. in Fest. Natiy.

Christi MDCCXXXVII. quod S. R.  
Henr. KLAUSINGIUM agnoscit aucto-  
rem.

## §. III.

Abrahami itaque FACTVM hifce Moses narrat uerbis: ויקרא  
 אברהם שם-המקום ההוא יהוה יראה. h. e. *Et uocauit Abraba-*  
*mus nomen loci istius, Iehoua prouidebit.* Quibus in uerbis, vt ordine  
 procedamus, & *obiectum* actionis Abrahamicae & *actio* ipsa erunt collu-  
 stranda. *Obiectum* est המקום ההוא *locus iste.* Singulari autem cum  
 pondere sic loquitur auctor sanctissimus, *locum* notabilem designaturus,  
 in quo spectaculum omni attentione dignissimum erat exhibitum. Thea-  
 trum nempe fuerat: *in quo* fidelium pater proprium, vnicum ex dilectis-  
 sima Sara, mille uotis expetitur, diuinitus promissum, ac in omnibus  
 morigerum filium altari imposuerat, ligaueratque, ad illum maectandum  
 iam paratus, manusque paternas sanguine carissimi filii cruentandas: in  
 quo praeterea ille idem *Pater*, ut & *filius* ipse, inauditae obedientiae er-  
 ga Deum fiduciaequae in eum specimina dederant; in quo denique Ange-  
 lus Iehouae, qui & Iehoua ipse, *com. XII.* uocatur, adparuit, & clemen-  
 tia, potentiae suae illustrissima, vt & typum gratiosae redemptionis no-  
 strae per SERVATOREM O. M. in liberatione Isaaci & productione  
 arietis mira, in locum eius maectandi, exhibuit documenta.

## §. III.

Haud inutile erit, si loci huius notabilis *Situm* cum cura & dili-  
 gentia indagemus. Duo MOSES, quantum attinet ad locum, ex ore  
 Dei nobis reuelauit *com. II.* Primo, quod in regione *Morijae*, deinde,  
 unus ex montibus istius fuerit regionis. Ita nempe se se habet prima pars  
 mandati Iehouae: & uade אל ארץ המריה ad terram *Morijae*. Nomen  
 hoc *Moriab* rursus occurrit plene cum ך scriptum, II. Chron. III, 1.  
 Et coepit Salomon aedificare domum Domini in Ierushalem בהר המורייה  
 in monte *Moriab*. Quo ex loco cum adpareat *Moriab* fuisse nomen  
 proprium montis templi tempore Salomonis, exinde haud absque ratione  
 colligi posse uidetur, hoc nomen eidemque monti fuisse proprium tem-  
 pore Abrahami. Hinc porro sequitur, quod terra *Moriiae* sit, non tota  
 Israelitica, quod R. D. KIMCHIO placuit, sed tractus Salemensis, seu Hie-  
 rosolymitanus, ab isthoc monte *Moriab* dictus terra *Moriiae*. Fabulam  
 itaque narrat ALCORANVS, locum hunc fuisse montem, *Ara-*  
*set*, in vicinia *Mechae*. b) Neque illi uerum dixerunt, qui locum, ad  
 quem

b) SVRAT. XII, edit, MARACCII fol. 118.

quem Abrahamus filium oblaturus abduxerit, montem fuisse *Garizim* adstruxere, cuius opinionis quasi in transitu diuus mentionem fecit CHRYSOSTOMVS. c) Ex eo autem erroris huius origo petenda fortassis erit, quia nomen מוריה deriuare uoluerint a מורה, quod nomen ex doctissimi RELANDI d) sententia, *urbi suae Sichem dabant Samaritani, & favebantur Iudaei Moreh esse nomen Sichem in Sota.* Vnde, vt idem ille adnotauit, in *nummis Mogdia*, apud PLINIVM *Mamortha*, apud IOSEPHVM Μαλαγδα dicitur. At uero Moriah est nomen montis templi. Deinde uero montium plurium coniunctio in hac terra Moriae *comm. II.* nos plane ad tractum Hierosolymitanum ducit, si inprimis cum Ps. CXXV, 2 & Iof. XI, 3. conferatur.

## §. V.

Nomen porro hoc *Moriab*, in sermone Dei diserte *comm. II.* adhibetur, ad locum eum significandum Abrahamo, atque eum ab aliis distinguendum, ad quem ille ex mandato diuino absque mora conferre se debebat. Ex quo etiam praestantissimi interpretes iam dudum crediderunt, nomen hoc *Moriab* Abrahami iam aetate monti huic adhaesisse. *Certum autem, inquit, Iacobus ALTINGIVS, e) notum fuisse hoc nomine, ut Abrahamus non ignoraret, quo eundum esset, cum tridui propemodum itinere distaret.* Vnde cogitata omnia haec eo tendunt, uel de Deo nunc primum hoc nomine montem illum uocante, uel de Mose illud per anticipationem scribente, vel denique de seriore aliqua manu, a qua nomen hoc postea textui Mosaeico fuisset insertum. Quarum opinionum duarum inprimis priorum fundamentum est duplex hoc diuersum. Existimant nimirum quidam, nomen hoc *Moriab* esse *propheticum*, a Deo eiusque inspiratione profectum, hominibusque significatum, & huic monti inditum; uel quod monstrandus erat ab Angelo per GADIS ministerium Dauidi II. Chron. III, 1. I. Chron. XXI, 18. uti MVSCVLVS censet; f) uel quia uidendus in eo erat filius Dei, Θεὸς Παρεσώθεϊς ἐν σαρκί, quod Nic. FVLLERVS g) erudite monet; uel quia in templo, ibi colendus erat

c) CHRYSOSTOM. Homil. XXXI. in Cap. III. IOAN, Opp. Tom. II, 213.  
d) Adr. RELANDVS in Dissertatione de monte *Garizim*, quae inter coniunctas prodiit Franeq. Sect. VIII. & IX, p. 180. fqq.

e) Iac. ALTINGIVS in *Comment.* ad loca selecta Pentateuchi Opp. Tom. I. fol. 1058.  
f) in *Comment.* 518 in h. l.  
g) FVLLER. in *Miscell. Theolog.* lib. I. cap. VI. p. 62.

ABRAHAMVM IN MONTE.

erat Iehouah, vti Iudaei pariter ac Christiani interpretes contendunt; uel quia exinde DOCTRINA Israelitis erat egressura, iuxta Ies. II, 3. vti cum IARCHIO ceteri eius adscelae exponunt; prout uarie nomen hoc e יה & ex uerbo, siue ראה *uidit*, siue ירא *timuit*, siue הורה docuit, deriuatur. Alii uero opinati sunt, nomen hoc monti datum fuisse ex aliqua re, quae, *post mandatum* hoc Abrahamo notificatum, contigerit. Hi scilicet causam perorantes, ob quam ita adpellatus fuerit mons; uel *timorem* Isaaci iugulandi; uel monstratum arietem in locum Isaaci immolandum; uel *uisum* ibi Angelum Iehouae; uel prouidentiam Iehouae mirabilem in procurando ariete & liberando Isaaco ibi illustriorem redditam, & ab Abrahamo agnitam, vnde adpellaret locum: יהוה יראה *Dominius providebit*. Vnde necessum omnino his interpretibus fuit, ab vna alteraque parte statuere; uel quod Iehouah mediate uel immediate ita adpellauerit ipse locum hunc, siue nunc primum, siue alio tempore tamen incerto; uel si ab hominibus ita fuerit postea cognominatus, quod nomen istud in uerbis Iehouae per anticipationem, vt aiunt, fuisset impositum. Probe autem animaduertendum est, quod omnes hae opiniones & hoc uitio laborent, *montem templi* cum *vno ex montibus* regionis Moriaae, in quo immolandus erat Isaacus, temere sic confundi. Rectius itaque alii censent, quod mons hic *Moriab* dictus fuerit propter aliquam qualitatem, quam habuisse, aut propter aliquem effectum, quem produxisse, aut propter solemne aliquod negotium, quod in eo peractum fuisse uidetur. Et sic quidam existimant, quod *Moriab* a uerbo ראה *uidit*, fuerit adpellatus, ab *eminentia* nimirum qua *procul cerni poterat*. Num uero VULGATVS eo digitum intenderit, *terram uisionis* uertens, aut SYMMACHVS τῆς ὀρασιῶς reddens, incertum est. Obseruandum interim est, quod adiacentes montes altiores maiori iure nomine isthoc מוריה ita fuissent insigniti. MVSCVLVS etiam nominat *speculam*, monti huic *impositam*, regionis custodiendae causa, sed coniectura est admodum incerta. Beatus uero HILLERVS h) compositam arbitratur uocem מוריה ex uocabulo מהר, montium tractum notante, & ab ipso ex הר iuxta typum מתם a ת efformato, atque ex יה, siue terminatione seruili, siue nomine diuino, in hac enim re ipse sibi non constat. Hinc cum ה praefixo המריה interpretatur terram montosam illam, & confert translationem LXX. εἰς τὴν γῆν ὄρηγεν. At uero uocem מהר fingit ille, nullibi inueniri. Deinde quid esset המוריה II. Chron. III,

h) HILLERVS in Onomastico S. sub hac uoce.

26.

25.

24.

23.

22.

21.

20.

19.

18.

III, 1. an mons montosus ille? Non, inquit, sed mons regionis montosae. Atqui מוריה regionem montosam denotet, quare tunc additur in Genesi ארץ, uade ad terram Moritiae? Alii cum GVSSETIO i) & Seb. SCHMIDIO ab effectu, quem produxit mons ille seu regio ei adiacens ita uocatum iudicant; מור nimirum Myrrha, cum tamen non constet, an priscis istis seculis adeo myrrhifera haec regio fuerit nec ne? Ipse GVSSETIVS nihil de Myrrha in isthoc monte nata reperiri apud prisca aevi historicos confessus est. Nuspian enim, scribit HILLERVS, S. Scriptura myrrham, Arabiae plantam, inter cantica (plantas) terrae Cananaeae recensuit. Neque הר המור Cant. III, 7. mons myrrhae est mons templi. Concedamus autem & hoc, repertam olim ibidem fuisse hanc plantam, non tamen sequitur exinde ita dictum fuisse, quia myrrham produxerat, uerum quia unguentum & thymiana myrrhinum in eo adhibebatur. Alii putant, inquit LIGHTFOOTVS D) nomen hoc deriuatum esse a uoce מור, quae myrrham significat & aroma, quia is solus erat locus, in quo Thymiana offerrebat. Idem uero LIGHTFOOTVS, aliam deriuationem secutus, ob Doctrinam salutis ueram eodem in monte tempore Abrahami etiam auditam מוריה adpellatam fuisse censuit. Sed si uelimus accommodare, inquit, etymologiam ad tempus illud, quo mons & finitima regio primum uocata est terra MORIAH, poterimus id nominis interpretari Terram Doctoris Dei, uel terram Domini Doctoris mei, in qua nempe degebat Sem, seu Melchizedek, magnus Doctor uiarum Domini, dum uicini Cananaei in tenebris ambulabant, & a delusionis Doctoribus ducebantur, & terram, quam Dominus eius Doctor designauerat ipsi in praedictione patris Noachi. Hoc sensu מוריה itaque esset quasi מורה יה Doctor Domini. Antiqua satis est sententia, quae compositum nomen hoc statuit, ex nomine Dei יה, & מורה siue מורה, (Pl. IX, 21.) quando ad litteram denotat timorem Domini: quomodo a cultu diuino solemni per sacrificia, in quibus est timoris Dei exercitium, adpellatus hic mons fuisset. Ita ONKELOS ad Com. II. huius capituli habet: לארעה כולחנה ad terram cultus, scilicet diuini, ut transtulit FAGIVS. m) Nec diffiteor, hanc mihi prae reliquis etymologiam, semper arrisisse, cum magnis etiam Viris LVTHERO & CALVINO in Comment. in h. l. admodum placuerit.

i) in Comment. Lingv. Hebr. fol. 1126.

k) in Comment. in h. l.

l) LIGHTFOOTVS in Descriptione tem-

pli. Hierosolymitani Oper. Tom. I. p.

553. & Tom. II. p. 185.

m) vid Critic. Anglic. Tom. I. p. 516.

cuerit. Neque uideo, quid magnopere illi obiici possit. Quo minus autem, inquit, HILLERVS, in Dei nomen desinere credamus nomen Moria, facit ה in Genesi & Paralipomenis praefixum. At satis acute hanc rem ipse vir doctus expediuit subiiciens: extat quidem ה praefixum uocabulo in לא finito, v. g. Ez. XLIII, 16. הַרְאֵל & הַרְאֵל ibidem, commate XV. Sed, ita instat, in ה desinentis exemplum nullum reperitur. An uero inde sequatur nullum extitisse vnquam, uel nullum prorsus reperiri potuisse? si desinentia in nomen diuinum אַל admittant ה praefixum, cur in nomen diuinum יְרָ terminata illud respuerent. Quin & sui ipsius oblitus paulo post scripsit vir nunc beatus: Hinc adsumto יְרָ nomine diuino per chirek suffixo, excusum מהוריה, & ה mobili post: eliso מוריה, & praefixo articulo המריה. Aliam obiectionem aduersus compositionem huius nominis ex יה nomine Dei, mouet GVSSETIVS, quod praecedens nempe nomen in hac compositione ante יה constructum haberetur, constructa autem, in nominum priorum structura non habeant ה praefixum, nec usquam הַבִּיתֶאֱלֵל uel הַבִּיתֶלֶחֶם legeris. Verum enim uero, dantur tamen anomala, quae constructa licet, ה demonstratiuum omnino admittunt. Ita enim I. Sam. III, 1. & castramentati sunt, אַל הַאֲבֹן, אַל הַעֹר iuxta Hebenhaezer. Quod autem ad difficultatem ex ה non mappikato in מריה, attinet, Grammaticorum libri eandem facile tollunt. n) Placuerunt inprimis uerba Io. VORSTII, ita scribentis: o) Nec illud turbare nos debet, quod יה in nomine מריה non habet mappik τὼ ה impresum. Id enim in nominibus ex eo compositis omitti solet, ut uel ex nomine יכניה adparet. Ceterum ex Morab & Iab facile fieri posse Moriaab eodem modo, ac ex הורה & יה factum est הוריה Nehem. VIII, 5. quilibet facillime perspiciet. Nomen interim hoc Moriaab, hoc in sensu acceptum, propheticum esse non arbitror, ac monti huic impositum, quia olim designandus constituendusque erat, in diuini cultus publici locum: multo magis, quia Deus Abrahami tempore in eo solemniter per oblata ei sacrificia colebatur. Et forte hoc nomen isti loco adhaesit inde a tempore Melchisedeci, sacerdotis Dei altissimi, qui Salem Rex cum esset, ibique habitauit, & in monte uicino, ut Sacerdos, sacra peregit, obtulitque uictimas, quae sacrificium Messiae in montana hac regione, typice immolandi praefigurarent.

B. 2

§. VI.

n) praet. HILLERI Gramat. L. II, p. 156. vid. ALTINGII fundamenta punctationis p. 104.

o) uid. Io. VORSTII Syntagma Miscell. Academ. p. 111.

26.

25.

24.

23.

22.

21.

20.

19.

18.

## §. VI.

Sed e diuerticulo in uiam redeamus necesse est. *Locus hic*, ab Abrahamo nomine insignitus, non erat tantum in regione *Moriiae* situs; Verum etiam vnus montium erat istius regionis. Ex altera parte *commatis II.* mandati que Iehouae id liquet: *Et offer eum ibi in holocaustum* אֶת הָאֵרֶב אֶת הָאֵרֶב *super vno illorum montium, quem dixerō tibi.* Plures equidem in regione *Moriiae* erant montes, & colles, montium nomine hic comprehensi. Pf. CXXV. 2. Ios. XI, 3. Quos HILLERVS hoc ordine recenset; p) *Mons Tsjon, mons templi, mons Oliuarum, mons Caluariae, mons in conspectu uallis ben Hinnom, Ios. XVIII, 16. mons Acra, apud Iosephum, mons scandali, in quo fanum Chamos, I. Reg. XI, 7. II. Reg. XXIII. mons Hakeldama, quo nomine iuxta MASIVM q) extat altissimus mons ad urbem Ierusalem, ab adiacente agro, qui sanguinis Christi pretio emtus est, ad sepeliendos peregrinos, sic appellatus.* Mons ille vnus, in quo immolandus Isaacus, non fuit idem cum monte templi, *Moriiah*, vt plurimis uisum fuit; sic enim in compendio potuisset dicere Deus: *uade ad montem Moriiah*, satis notum. Nunc uero vnum ex montibus terrae *Moriiae*, ab ipso *Moriiah* aperte distinguit, vt qui *Moriiae* adiacens nomen nec certum, nec totum haecenus habebat. Ecquis uero ex praenominatis montibus ac collibus fuerit hic mons immolationis Isaaci cum certitudine adfirmari nequit. Propter Christum tamen antitypum omnino hic de monte CALVARIAE cogitare licet. *Alia pars*, inquit, A LAPIDE, r) *Moria extra urbem Ierusalem mansit, postea que dicta est mons Caluariae, in quo tam Isaac quam Christum, per Isaac significatum, immolatum esse docet S. Hieronymus: & S. Augustinus, s) ubi sic ait: HIERONYMVS Presbyter scripsit: se certissime a senioribus Iudaeorum cognouisse, quod ibi immolatus sit Isaac, & Adam sepultus, t) ubi postea Christus est crucifixus.*

## §. VII.

- p) in *Onomastico* S. p. 450.  
 q) vid. MAS I *Comment.* in Iosuae XVIII. qui reperitur in *Critic. Angl. Tom. I.* p. 1867.  
 r) *Cornel. a LAPIDE* in *Comment.* in h. l. p. 236.  
 s) *Ciuit Dei* lib. XVI. c. XIII. Tom. V. Part. II. seu *Append. Tomi V. comple.*

stante sermones supposititios *Class. I.* *Serm. VI.* edit. BENEDICT.  
 t) Nescio, quo iure *Augustinus* hoc de *Hieronymo* scribere potuerit, cum ille hanc sententiam in *Comment.* ad Cap. XXVII, *Matth.* prorsus reiecerit, & in *HEBRON* sepultum fuisse contendit. uid. *Tom. II.* p. 211.

## §. VII.

Considerato itaque actionis Abrahami *Obiecto*, nunc ipsa quoque *actio* erit consideranda. Diuinus scriptor sic de ea loquitur: ויקרא **אברהם** & uocauit Abraham nomen. sc. loci istius יהוה יראה *Iehouab providebit*. Mirum in modum torquent haec uerba Iudaei quidam, cum ueteres, tum recentiores, de Numinis inuocatione ab Abrahamo facta ea explicantes, cuius formulam fuisse יהוה יראה contendunt, & quam, iuxta decentissimos sacrificantium mores, arietis oblationi adiunxisse illum, sic testaretur Moses. Ita ONKELOS translatus: *Et coluit atque orauit Abraham illic in loco: dixit coram Domino; hic erunt colentes generationes.* Verbum קרא inuocandi sensu accepit, pro **אברהם** nomen forte **אברהם** illic, legit; quasi dictum esset: inuocauit Abraham illic, seu in loco illo. *Targumistam* secutus est ABARBANEL, alio tamen modo uerba textus in rem suam detorquens: Ita enim ille: *Et inuocauit Abraham nomen, id est, Deum loci istius, qui hic testabatur praesentiam.* v) Ratio huius explicationis haec est: quia non inuenimus, locum illum uespam יהוה יראה fuisse adpellatum, quemadmodum ABARBANEL argumentatur. x) Nemo autem non uidet hac interpretatione Iudaica, non vno modo textui Mosi inferri uim. Neque ratio ABARBANELIS tanta est, ut ad sensum nostrum mereatur, sufficit nobis, Abrahamum ipsum hunc locum ita uocasse, & ab aliis ita quoque adpellatum fuisse ex mutatione illa, cuius meminit MOSES in sequentibus, quod dicitur hodie, iure quodam colligi posse uidetur. Ne dicam quod rudera pristinae adpellationis quibusdam uideantur superesse in nomine urbis ירושלים. Priorem nimirum nominis huius partem ירו ex posteriore parte nominis compositi יהוה יראה uoluit esse efformatam. Inprimis Io. VORSTIO z) non absimile uero fuit uisum, qui & ABARBANELIS sententiam hanc quoque ob causam infirmam reddere conatus est, quia ille ex silentio scripturae male collegerit, neque Abrahamum, neque posteros locum ita adpellasse; quod tamen idem quoque dicendum esset de uoce בניאל, quod nusquam de loco illo adhibitum occurrit, cuius uero nomen uocasse ita Iacobum expressis uerbis testatur MOSES Gen. XXXII, 30.

B 3

§. VIII.

v) uid. Crit. Angl. l. c. & ALTINGII fe-  
leſt. loca Pentateuchi. p. 211.

x) uid. b. FRISCHMUTHI Diff. de Liga-

tionem Isaaci §. X. fqq.

z) uid. Io. VORSTII Syntagm. miscell. A-  
cadem. cap. III. p. 211.

## §. VIII.

Phrasin itaque hanc: ויקרא שם המקום ההוא explicandam esse de *nominis impositione* ab Abrahamo facta, & ad uerba: *uocauit nomen loci* istius transferendam, quilibet emunctioris naris lector sponte mecum fatebitur. Conuenit enim hoc, cum loquendi huius formulæ solemnibus usu, non minus quam ueterum hebraeorum moribus, quibus istiusmodi locis, in quibus admiranda quaedam portentosaque contigerant, noua nomina imponere admodum erat soleme. Si quis hac de re dubitare uelit, inter innumera alia exempla haec cum facto nostro commendamus cum cura euoluere, & uelit nolit, uictas nobis porriget manus. Gen. XXVIII, 19. Gen. XXXII, 2 & 30. Cap. XXXIII, 17. XXXV, 8. 15. Exod. XVII, 7. Num. XI, 3. Cap. XXI, 3. Ios. V, 9. VII, 26. Iud. II, 5. II. Chron. XX, 26.

## §. VIII.

Nomen porro ipsum, ut ad illud nunc deueniamus, compositum est ex יהוה & יראו. Neque abludit ab Hebraeorum consuetudine, qua nomina rebus indita integram contineant enunciationem, speciatimque nomen ipsum *Iehouae* integrum in iis conspiciatur adhibitum; quae sententia ex locis, praeter ea supra iam adlegata, clarior fiet, si consideremus: Exod. XVII, 15. Iud. VI, 24. Ezech. XLVIII, 35. Prima pars nominis huius est uox יהוה, eandem uero Mosen iuxta aevi sui morem non substituisse in locum alterius uocis ab Abrahamo adhibitae, sed illam ipsam ab Abrahamo fuisse usurpatam commonstrat satis euidenter praemissa phrasin, & *uocauit nomen loci istius*. Eadem enim phrasin adhibita de IACOBO v. g. & *uocauit nomen loci istius* BETHEL, MAHANAIM, PNI-EL, extra omnem dubitationem ponit, optimum Patriarcham, ipsas illas uoces, non significatione modo, sed & materia, litterisque ac syllabis eadem plane pronunciaffe. Neque contrarium adposite colligitur ex uerbis Dei Exod. VI, 2. *adparui Abrahamo, Isaaco, Iacobo, כאר שרי ושמי יהוה לא נורעתי להם*. Non equidem desunt, qui ad negatiuum huius dicti membrum tantum referunt illa, *non cognitus sum illis*, reliqua antecedentia omnia ad affirmatiuum, si scilicet hoc permetteret accentus Atnach sub שרי. Alii totam sententiam affirmatiuam sumentes, particulam negatiuam לא positam esse uolunt interrogatiue pro הלא *annon, nonne*; ut talis uerborum sit sensus: & *nomine meo Iehouah nonne cognitus sum illis?* Si uero negatiue capiamus לא, in eundemque sensum etiam ושמי יהוה referamus, ut legendum sit: & *nomine meo Iehouah non*

non sum cognitus illis, distinguenda erit cognitio litteralis, quam non negat Deus, ab experimentalis nominis huius in omni sua emphasi, quam non dederat Patriarchis in actuali promissorum, de non numeranda fobole immittenda in plenam terrae Cananaeae possessionem, vt in ea *immutabilitatis* eius illustre foret documentum. Modum loquendi hoc loco adhibitum praeclare illustratum existimat Io. VORSTIVS verbis Dei per *Iesaiam* pronunciatis Cap. LII, 5. 6. *Iugiter tota die nomen meum blasphematur* לכן ירע עמי שמי *propter hoc sciet populus meus nomen meum (Iehouah) in die illa, quia ego ipse qui loquor, ecce adsum. Quibus descriptis haec explicationis causa subiecit VORSTIVS: In his, τὸ scire nomen Dei, non hoc significat, scire quodnam nomen Dei proprium sit, sed uere uidere atque experiri id, quod Deus promissu, ab eodem reuera atque abunde praestari.*

## §. X.

Ad nomen porro יהוה quod attinet, ὄνομα τῶ ὄντος significare, tallemque denotare, qui absolute per se est; theologiam uel a limine saluantibus obscurum esse nequit, solus uero Deus ita dici potest, qui a nullo alio est, initii & finis omnisque successionis plane expers, aa) qui praeter ea omnibus rebus vt παντοκράτωρ esse & existere concedit; ita vt hoc nomen independentiam, aeternitatem, immutabilitatemque egregie exprimat. Quae cum inter attributa Dei, vt vocant, incommunicabilia referantur, hoc est, quorum in creaturis reperiatur contrarium, sequitur, quod nomen hoc sit Deo proprium, & quod creaturis simpliciter & absolute ob similitudinem quandam dari nequeat. Vnde & significanter dictum est: ושמי יהוה & nomine MEO Iehouah. conf. Exod. VI, 2. Cap. XV, 3. Ps. LXXXIII, 19. Ies. XLII, 8. Hof. XII, 5. At uero cum alio nomine aut uerbo constructum uel compositum de creaturis frequenter etiam adhibitum inuenitur: v. g. in nominibus Personarum, Iehonathan, Iehoschaphat, rerumque & locorum יהוה נסי, & שלום ipsoque nostro in loco יהוה יראו uidemus. Frustra tamen ex his aliisque similibus exemplis collegeris, nomen יהוה absolute & simpliciter creaturis esse

aa) Plura qui de nomine יהוה scire & legere uelit, adeat uelim M. Christ. REINECCIUS *dissertationes* de hac uoce Lipsiae hab. MDCC. & Io. Frid. WUCHERER *Theolog. Ienens. Dissertationem Inaugural.* de Subordinatione filii in di-

uinis non admittenda, quae Ienae prodiit anno huius seculi XXIX. conf. quae b. DANZIUS de eodem nomine d. d. sime monet in praefatione *fundamentis linguae hebr.* praemissa.

esse datum, uel earum aliquam adpellatam fuisse vnquam יהוה. A compositis enim ad simplicia, a coniunctis ad diuisa, male omnino concluditur. Composito enim nomine locum uoco, *domum destructam*, seu si personam malueris, *uirginem corruptam*; minime uero domum aut uirginem esse uolo, neque ita diuise adpello. Sic etiam in nominibus ex uoce *Iehouah* compositis, non dicitur hoc aut illud *Iehouah*, sed esse *Iehouae*, illi sacrum, effectum eius, instrumentum, subiectum, in quo manifestauit sese, uel appariturus olim est, ita ut eiusmodi compositio ingrediens directe ad Deum referatur ipsum, quod & hic fieri dubitare amplius posse puto neminem. An uero hoc in loco εἰσωδός, an ἰποσαρκίως sumi debeat, anxie disquirendum esse non arbitror. Haud difficulter ego uerbis doctissimi FVLLERI bb) subscribo, ita scribentis: *Illud uero prius membrum יהוה יראו de Deo Patre exponendum ducimus, qui filium in mundum misit & reliq.*

## §. XI.

Altera pars huius nominis compositi nunc erit explicanda, quae est uerbum יראו. Quemadmodum autem יראו uidit proprie de uisione corporea adhibetur, ut *commat. III. huius Capitis*; ita improprie notat quoque intelligere, ut Pl. LXIX, 24. Eccles. 1, 16. rem cognitam curare eique prospicere. Sic Pl. LXXX, 15. *O Deus exercituum! reuertere iam, intueri e coelis וראה & prospice, cura.* Hoc etiam sensu uulgari sumitur dictum Hagarae אתה אל ראי Tu Deus uisionis, id est, qui me uidisti, mihi que prouidisti, ut & nomen ראי לחי uiuentis, prouidentis, puteo inditum Gen. XVI, 13. 14. Abrahamus certe significatione hac usus fuit hoc uerbo, quando dixit Filio: Deus יראה prouidebit sibi agnum in holocaustum *com. VIII.* Ita etiam Latini simplex uidendi uerbum in prouidendi significatione accipiunt. Sic enim TERENTIVS inquit: cc) *Recte mihi uidissem & senis essem ultus iracundiam.* Qua loquendi formula etiam PLAVTVS saepissime usus est, ut dicat: *mibi uideo, mihi sapio.* dd) CICERONIS adulatoribus non incognitum erit, quod saepius scripserit: *negotia mea uidebis.* Quem in postremum sensum uerbi יראה hoc in loco consentiunt fere omnes, siue simplex uidendi uerbum

bb) l. c. p. 216.

cc) in Phormione. Act. I. Sc. II.

dd) in milit. Scen. III. act. II. Sic etiam CICERO hac formula haud raro in

Epistolis utitur, inprimis ad Trebatium: *Negotia mea uidebis.* conf. si placet RIVETII Exercit. CVIII. in Genesin,

bum, siue compositum prouidendi in translationibus suis adhibebant, quod eo magis faciendum esse existimo, quo minus apertissimus respectus *com. VIII.* negligi debeat.

## §. XII.

Haud perinde tamen consentiunt, in assignanda uera enunciati huius ratione interpretes; an nimirum respiciat illud ad *orationem* ad Deum fusam, an ad *commemorationem* facti praeteriti, an denique *doctrinam* communem & *solatium*, an tandem *prophetiam* de re adhuc futura. *Primo* modo capiunt aliqui dictum nostrum, uertuntque illud: Iehouah uideat. Hoc saltem certum est, apud Hebraeos *futura* quandoque, uim habere *optandi*, id quod ex Iob. III, 3. Cant. I, 2. cuilibet patebit. ee) Nulla tamen effragitat necessitas, ob quam *futurum* *הארי* eadem ratione hoc in loco sumamus. Quapropter etiam hoc mittimus, non equidem diffidentes, sententiam hanc per modum *orationis* conceptam, posse sensum fundere optimum: Ita nimirum Abrahamum Deum orantem concipimus, ut uideat in posterum, cum cura & amore se & Isaacum filium, omnemque ex eo posteritatem promissam, & ut sibi, tempore praestituto, actuali prouidentia de uictima decente prospiciat, hoc in eodem monte in locum filiorum promissionis offerenda, ad expiationem peccati ueram adducendam. Minime uero in concipienda hac Abrahami oratione Iudaeos duces arbitramur sequendos, iuxta quos ille petiisset a Deo, *ut erigeret & prospiceret sibi locum istum, ut habitet in eo diuina praesentia, & ut offerantur hic oblationes, a seruituris Deo generationibus; imo ut filios Isaaci oblaturus tempore angustiae exaudiat, liberet, eisque ignoscat, ac condonet peccata eorum, intuitu ligationis Isaaci Patris eorum & propter meritum eius.* Huc enim tendunt paraphrasticae expositiones ONKELOSI, IONATHANIS, HIEROSOLYMITANI & *Glossa* R. SALOMONIS, aliique libri Iudaeorum rituales quam plurimi.

## §. XIII.

Qui uero secundae sententiae patroni esse cupiunt, futurum pro praeterito positum uolunt, & *Dominus uidit* interpretantur. Ita AVGVSTINVS ff) uerba nostra allegauit, *Kúgios eide*, LXX. Interpp. auctoritatem maxime secutus, & existimat doctissimus alias Pater: Abrahamum cum laude diuinam sic celebrasse adparitionem sibi concessam, uerba eius haec

C

sunt:

ee) qua de re uel folus b. GLASSIUS satisfacere potest in Gram, S. p. m. 465.

ff) AVGVSTINVS de Ciuit. Dei lib. XVI, Cap. XXXII.

sunt: sicut dictum est, nunc sciui, pro eo quod est nunc sciri feci: ita hic Dominus uidit, pro eo quod est, Dominus adparuit, hoc est uideri se fecit. Alii uero rectius uerbum *ראה* sensu *prouidendi* accipientes, Abrahamum dicunt hic cum laude prouidi Numinis curam agnoscere, se exauditum fuisse ab eo, ad quem in extrema animi angustia confugerat, *com. VIII*; atque simul prophetiam suam, a se incognito editam, uere impleuisse Deum, coelitus filii mactationem prohibentem, & arietem sibi mirabili prouidentiae ductu obiiicientem. Commendant interpretationem hanc eam ob causam, quod nomina, ex consuetudine Veterum locis indita, ut plurimum fuerint *commemorantia* factum seu beneficium Iehouae, eo in loco Patriarchis praestitum. Neque exemplis destituuntur, quorum satis amplam habere putant messem. Prouocant nimirum ad Gen. XVI, 14. XXVIII, 19. XXXII, 1. 2. 30. XXXIII, 20. XXXV, 7. Exod. XVII, 15. I. Sam. VII, 12. II. Sam. V. 20. & reliq. Excurrunt praeterea hac quoque occasione in laudes Abrahami, eiusque pro Dei gloria zeli, eumque in hoc facto piis omnibus in exemplum proponunt, semper ab ipsis grata beneficiorum diuinorum memoria recolenda, imitandum. Digna sunt uerba ut huc scribamus MVSCVLI in *Comment. in h. l. Obserua hic*, inquit, *quod loco isti Abraham nomen indidit non de eo, quod fecerat ipse, sed quod fecerat Dominus. Noluit gestorum suorum consecrare memoriam, sed diuinae prouidentiae celebrare & publicare experimentum. Alias poterat hunc locum uocare ערת בני, h. e. holocaustum filii mei, uel ערת האיל, i. e. holocaustum arietis. Maluit ostendere, quanti prouidentiam & curam Dei faciat, ideo adpellauit hunc montem ab eo, quod Dominus sibi in illo adparuerat, & facti sui fuerat spectator. Admonemur hoc exemplo, quam debeat & nobis maximi esse momenti, sicuti certo experimento agnouerimus adfuisse nobis Dominum in angustiis spectatorem & adiutorem. Interim uerbum יראה in futuro positum in textu est, nec ad Enallagen recurrendum absque graui necessitate arbitror; qualis certe hic non adparet. Solent enim Veteres ex praeteritis beneficiis futura colligere, ut supra iam §. I. dictum est, & spem suam de iis etiam nominibus, locis, ubi Deus gratiam suam illis ostendit, inditis testari. Quorsum etiam exempla quaedam rursus in medium proferre possemus, nisi res nobis uideatur omni plene dubio expers.*

## § XIII.

Illi itaque textui magis inhaesisse mihi fuerunt uisi, qui a tertia parte stantes, intelligunt Doctrinam de Prouidentia Dei communi non adeo, quam

quam quidem speciali comprehendere illam censent. Quapropter nativam significationem futuri uocis **יִרְאֶה** providebit, rectius retinent. Non equidem sum nescius, quod alii, VVLGATVM sequuti, uerbum hoc in praesenti legunt *Dominus uider*, neque tamen ita a re ipsa aberrant; ut potius facile inter nos conuenire posse arbitrer. Sensus enim genuinus hic est: Iehouah prospiciet mihi & filio meo, imo omnibus piis uestigia fidei & obedientiae meae, ut & filii mei Isaaci, sequentibus, aderitque eis, ueluti e machina, in extremis eorum angustiis. Sententiam hanc esse ueram, Scripturaeque S. conformem quam plurimi loci alii abunde testantur. Psalm. XXIII, 5. XXXIV, 20. LXVIII, 21. Ies. XLIII, 1. sqq. XLIX, 14. 15. I. Cor. X, 13. Θεός apud Graecos dicitur a currendo, inquit PETR. MARTYR, non modo propter coelum, sed propter repentina & insperata auxilia, ἀπὸ τῆς μεταχείρις. Sententiam hanc uilissimam esse, dignamque adeo, ut sedulo inculcetur, & ab omnibus hominibus tenaci memoria retineatur, ut inde spem capiant firmam, esse Numen suorum curam habens, respecturumque ad suos gratia & benignitate, quando etiam grauissime adfliguntur, & media liberationis humana adparent nulla, mecum omnes, si saniorum sunt partium, sua sponte fatebuntur. Neque incommoda & loco & rei quae contigerat mihi uisa fuit haec expositio. Veritatem enim huius dicti in se & filio iam expertus erat Abrahamus, quae experientia spem efficit. Rom. V, 3. Etiam Pater ille fidelium nobis hac in re in exemplum a Spiritu Sancto datus uidetur. Neque tandem desunt exempla nominum locis uel rebus impositorum, quae sententiam continent doctrinalem cum fiducia propositam; huc forsitan pertinent illa, tum MOSIS יהוה נסִי Exod. XVII, 15. tum GIDEONIS Iudic. VI, 24. יהוה שְׁלוֹם.

## §. XV.

At uero, & in hac uera non minus quam pia sententia neutiquam subsistendum, sed ulterius progrediendum, *Prophetiamque* de re quadam certo futura hoc in commate quaerendam esse existimo. Prophetiam, inquam, non de loco hoc eligendo & constituendo in locum olim cultus Israelitarum publici, in quo Tabernaculum Dei foret collocandum, sacrificiaque ei offerenda; quae Iudaeorum quorundam non quidem, ut uulgo solent, absorta est interpretatio: uerum de semine Mulieris promisso, ut uera piaculari uictima in locum filiorum promissionis substituta, eoque in monte certissime immolando. Nihil sane est in hac Exegesi, quod non egregie conueniat, & contextui antecedenti, & rei hoc in loco mirabiliter gestae.

26.

25.

24.

23.

22.

21.

20.

19.

18.

gestae, & fidei Abrahami, eiusque spiritui prophético, & denique, sequenti Textus nostri membro. Manifestum etenim est, in sacro hoc oraculo respici ad *comm. VIII. Et dixit Abraham* אלהים יראה לו השה לעלה *Deus sibi providebit sibi agnum in holocaustum.* Inscius sibi & volubili duntaxat fretus spe quaedam de agno diuinitus procurando praedixerat, in locum quippe filii mactando. Hic uero eandem fere phrasin, concisè tamen magis propositam, cum adhibeat Abrahamus, cogitandum omnino est, loqui illum similiter *propheticè* quidem, sed ex certa tamen reuelatione, uti de simili *providendi actu* diuino futuro, ita etiam de huius *providentiae* diuinae simili obiecto, de agno uidelicet in holocaustum offerendo in genuinae omnis Isaaci prolis locum. Res ipsa hoc in loco nunc gesta, uere portentosa, egregiam mysterii olim in Christo Sponsore reuelandi imaginem atque figuram Christo exhibuit. Vidit nimirum promissionis filium coelesti sententia ad mactationem damnatum, eundemque tamen mirabili Iehouae bonitate, cuius aliquam spem conceperat, liberatum & arietem diuina quasi manu sibi obiectum, & annuente Numine dilectissimi filii loco immolatum. Ex quo prodigioso spectaculo, quid cogitare procliuus poterat, quam hoc: uoluisse quidem Deum fidei suae capere primo experimentum, sed ita, ut simul in re tali portentosa uiuidam exhiberet imaginem *agni* illius, ante iacta mundi fundamenta praecogniti, pro omnibus electis, ut ueris promissionis filiis, condemnationi promeritae obnoxiiis, substituendi, atque ad horum salutem in *uno* montium Moriiae, & quidem in hoc ipso, a Deo singulari cum cura sibi indicato, igne irae diuinae consumendi atque ita in holocaustum & uictimam piacularem offerendi? Cogitatio certe eiusmodi opportuna, ab Abrahami credentium Patris fide, censeretur debet aliena nequitiam. Christus ipse dicit: *Abrahamus Pater uester exsultauit, cum uideret diem meum, & uidit ac gauisus est.* Io. VIII, 56. Si exsultauit ut clarius uideret diem Christi; sequitur quod eius ex diuina reuelatione habuerit cognitionem, ignoti enim nulla cupido. Dies uero ille Christi, non est dies natiuitatis Isaac, quem tantopere desiderauit uidere Abrahamus, postquam eius promissionem laetissimam acceperat. Et quem diem suum dixisset Christus, quia iuxta promissum suum antea datum Abrahamo, Gen. XVIII, 10. 14. eo die perfecit opus illud insigne, quo potentia eius & ueritas factae sunt illustriores. Dies uero Christi illud tempus conspicuum est, quo Deus manifestatus est in carne, & quidem totum illud, quod complectitur & *gloriam* consequentem. Pf. CXVIII. & passionem antecedentem *coll.* Io. IX, 4. 22.

4. 22. Heb. V, 7. Hanc uero uidisse Abrahamum cum *gaudio*, iuxta desiderium suum, cum dicit Christus, innuit subinde clariorem diei Christi, etiam qua passuri, accepisse cognitionem. A fide igitur & cognitione Abrahami non abludit, neque etiam a modo infantilem Ecclesiam instituendi diuino, si dicamus, eum hic diem illum Christi patientis & morientis in VNO MONTIVM MORIAE praeuidisse in imagine ac typo, ac sic praenunciassse cum gaudio. Potuisse saltem hoc fieri ab Abrahamo, nemo facile ibit inficias, qui modo cogitat, Abrahamum non tantum fuisse fidelium Patrem, sed & Prophetam, Gen. XX, 7. **כי נבוא הוא** Quia PROPHEETA ipse. Et ut finem faciam, alterum commatis huius membrum, *dictum posterorum* Abrahami continens propheticum hunc sensum suadet, non modo sed ualide etiam confirmat.

## §. XVI.

De eo itaque MOSES hunc in modum differit: **בהר יהוה יראו** **אשר יאמר היום** Verba haec, ut primum erunt expendenda, ita quoque Dictum Abrahamidarum *commune*. Quidam interpretum oraculum hoc, uti sonant proprie in Codice sacro transferunt in futuro; *quod dicetur hodie*. Et sic ille ex sua quasi auctoritate prophetica admonuisset Israelitas, iam iam in terram promissam introducendos, quomodo mons ille ab hoc tempore & in posterum adpellandus esset ab ipsis; uel quid ipsis uenire debeat in mentem, quoties montem hunc uiderent, uel de eo sermocinarentur. VULGATVS tamen in *praesenti* uertit uerbum **יאמר**. Vnde usque *hodie* dicitur. TREMELLIVS uero & IVNIVS, ex quo dici solet *hodie*, quam uersionem etiam secutus est PISCATOR. Futura nimirum apud Hebraeos consuetudinem aliquam indicant, Gen. X, 9. XXXIV, 7. Num. XXI, 14. Vult itaque dicere Moses, quod suo tempore Abrahami sententia, cum aliqua non sensus, sed uerborum, ad rem clarius exprimentam additorum, uariatione, a piis & fidelibus cunctis, qui hoc per CABBALAM hauserunt a patribus, expressa fuerit hunc in modum: **בהר יהוה יראו**. Qua in re nihil est, quod Mosi tempori non conueniat. Sat longum enim fuit inter Abrahami & Mosi temporis intervalum, ut hic possit obseruare **היום**, h. e. usque ad suum aeuum, formulam, cuius auctor erat Abrahamus, usitatam fuisse. Imo uero quamuis multo breuior fuisset intercapedo, potuit ita commodissime mentem exprimere Moses, cum ea formula, ab iis qui aliquot tantum annis post scribunt, usurpari quandoque solet, cuius rei exempla duo sunt apud Matth. XXVII, 8.

XXVIII, 15. *vt alii obseruarant, quibus simillima ex HIERONYMO addemus; is enim de scriptoribus Ecclesiasticis suae aetatis scribens easdem adhibet locutiones: SOEBADIVS AGENNI Galliarum Episcopus, uiuit usque hodie decrepita senectute, μέγην ὄν ἤ, vt habet interpres Graecus. gg)*

## §. XVII.

Vulgare hoc fidelium Israelitarum *Dictum I)* non est concipiendum vt per modum *Voti* prolatum, vt PAVLVVS ille habet BVRGENSIS in monte Dominus uideat. II) Neque tamen transferendum est cum HIERONYMO: *in monte Dominus uidebit*: quando contineret doctrinam cum fiducia propositam, de speciali Dei prouidentia circa electos & pios, ex angustiis eripiendos. Ita enim HIERONYMVS adnotauit, cuius uerba haec sunt: hh) *Hoc autem apud Hebraeos exiuit in prouerbium, vt si quando in angustia constituti sunt, & Domini optant auxilio subleuari, dicant, in monte Dominus uidebit: hoc est, sicut misertus est Abrahami, miseretur & nostri. Vnde & in signum dati arietis solent etiam nunc cornu clangere. Verum enim uero puncta sub uoce יראה huic Hieronymi sententiae obstant. Legit ille יראה, cum tamen legendum esset יראה. Ita uero legentes aliqui, atque uertentes passiuè, in monte Iehouae prouidebitur in sensu tamen cum Hebraeis ab Hieronymo notatis conspirant. Sic TREMELLIVS & IVNIVS in notis haec habent: ex eo quod ibi Abrahamo contigit, prouerbium manauit, quo in rebus perplexis, quarum nullus cernitur exitus, ad Dei prouidentiam recurritur, dicendo: in monte Iehouae prouidebitur, hoc est, suo tempore & loco, vt olim factum est. Sed si pius quilibet fiduciam sic exprimebat tunc temporis de auxilio Dei sibi futuro in extremis, cur illud additum est in monte? Coactum enim ualde erit, si dicant illud in monte idem esse, ac in angustiis, in extremo necessitatis casu, uel suo tempore & loco, vt TREMELLIVS & IVNIVS, uel in coelo, quando Seb. SCHMIDII sententiae adscriberemus, ita enim ille: quemadmodum olim in hoc monte terreno Iehouah prouidit Abrahamo; ita in monte caelorum sancto prouidebitur hodieque a Iehouah omnibus piis. III) Neque porro uertendum est in praeterito, in monte Dominus uisus est, ut fecerunt LXX. Interp. ἐν τῷ ἑσῆ Κύριος ὠφθη. Absque enim prae-*

gg) Verba sunt Io. CLERICI in Diff. de Scriptore Pentateuchi Comment. in Gen. praemiss. §. 7.

hh) in Quaestionibus Hebraicis in Genesim Tom. Opp. I. p. 385.

praegnante causa, statueretur sic rursus *Enallage* temporis. IV. Placet praeterea uiris quibusdam eruditis, translatio haec: *in monte Dominus uidebitur*, qui tum porro heic reperti sunt prophetiam; tum de inhabitatione Dei symbolica atque umbratili in Templo, II. Chron. III, 1. tum de adparitione filii Dei in carne manifestati, futura etiam in monte, & templo illo, iuxta Malach. III, 3. & huic uicino aliquo, nimirum GOLGOTHA. Huic uero translationi se opponunt quidam atque argumentantur contra uersionem nominis יהוה in casu recto; tum ex uocali *Patach* sub ה, ut quae indicat uocem ה esse in statu constructo positam; (quod tamen argumentum, an procedat, dubitant merito alii, quoniam ה cum etiam legitur in statu absoluto Iof. XVII, 18.) tum ex accentuatione טו יהוה in casu recto male transferri inde quidam colligunt, dicit FRISCHMUTHVS, quod *Tiphcha* non sit in בהר, neque *Merca* in יהוה, adeoque ipse accentus arguat rectius uerbi, in monte Domini prospicietur. Dici non potest, quantum mihi placuerit, quod uiri docti translationem hanc amplectentes, de adparitione filii Dei in monte Golgotha cogitauerint. Hoc tantum displicuit, quod uerbum יראר non eodem *prouidendi* sensu, quo Abrahamus illud adhibuit, sed *uidendi* illo sumant, cum tamen adagium hoc posterorum Abrahami, nomen monti ab illo impositum eodem sensu, quamuis alia uerborum constructione ampliorique adparatu, exhibeat. Deinde & hoc animaduertendum esse arbitror, quod montem templi cum uno montium regionis *Moriiae*, in quo ligatus *Isaacus* & immolandus *Messias*, iungant, ac utrumque uoce montis singulari censeant indigitatum. ii)

## §. XVIII.

Simplici itaque (V) nostro iudicio dictum hoc transfertur: *in monte Iehouae non uidebitur*, uel *Iehouab* filius Dei incarnatus, quod FVL-  
 LERVS vrget, uel *totus Israel* habitaturus scilicet in monte coelesti, & possidens partem in mercede seculi futuri, uti ABARBANEL aberrans plane contendit, sed *prouidebitur*, siue *prospicietur*. Ita nimirum sensus uerbi ראה qui paulo ante *com. VIII.* obtinuit, hic quoque subintelligendus est. Prouidebitur scilicet uictima piacularis, & agnus a Deo praecognitus procurabitur a Iehouah offerendus in locum omnium filio-

ii) uid. quae BIERMANNVS habet in  
 Mose & Christo ad h. l. & confer omni-  
 no Magnifici MARPERGERI *letztes*

*Sünd-Opfer im Gesetze*, pag. 603.  
 & 644. conf. eiusd. doctiss. Comment.  
 de agno ad aram ligatam. p. 391 & 482. sq.

filiorum promissionis ad eorum salutem. Per montem uero Iehouae intelligimus, non *Moriām*, sed vnum ex montibus *Moriāe*, in quo Isaac ligatus, liberatus, & aries loco eius fuerat oblatus. Hic merito uocabatur *mons Iehouae*, tum quia angelus Iehouae, qui & ipse Iehouah, ob *comm. XII, XVI, XVII.* ibi adparuerat; tum quia Iehouah in carne adsumta iuxta typum hic datum in eo erat immolandus; tum denique quia a Iehouah erat denominatus, quando Abrahamus ei hoc nomen imposuit. Quae rationes, cum meo quidem iudicio sufficiens adpellationis huius fundamentum praebeant, concidit omnis cogitatio de *monte Moriāb*, seu templi per *montem Iehouae* intelligendo, & proinde etiam argumentum ABEN-ESRAE contra Mosen Pentateuchi auctorem, hoc ex loco desumptum, quod vrget SPINOZA, kk) dicens: *Quinto notat scilicet ABEN-ESRA) quod Gen. XXII, 14. uocetur mons Moriā, mons Dei, quod quidem nomen non habuit, nisi postquam aedificationi Templi fuit dicatus; at haec montis electio, nondum erat tempore Mosi facta; Moses enim nullum locum a Deo electum indicat, sed contra praedicat, Deum locum aliquem olim electurum, cui nomen Dei imponetur.* Hic porro locus mactationi agni istius immaculati destinatus, *Vnus uidelicet Montium Moriāe*, latebat quidem in dicto Abrahami; uerum tamen posterius eius, hoc ab ipso per parentes successiue edocti, & forte per propheticas reuelationes magis in eo confirmati, addiderunt hoc diserte, *in monte.*

## §. XIX.

Est itaque in hoc adagio (I) *illustis propheta*, de Iehouah in carne adsumta manifestando, atque in ea *offerendo* in uictimam piacularem, idque *bono* non tantum, sed & *loco* filiorum promissionis, & quidem *in vno montium terrae Moriāe*, quem fuisse collem uel montem *Caluariae*, ex euentu compertum est. (II) *Eximia fidei Confessio*, uti antea, ita etiam tempore Mosi & deinceps edita a priscis fidelibus, de Messia *sponsore*, per passiones satisfactorias consummando & quidem extra *Salem* in *vno montium* ei adiacentium. Quae priscorum fidelium fides de oblatione Messiae, eiusque *loco*, non debet aliena censeri a reuelationis lumine, istis temporibus concessio. Passiones & mortem Messiae in locum omnium mortalium utique substituendi, docet non tantum Prot-Euangelium, uerum etiam sacrificia inde a lapsu primorum parentum praefigurarunt omnia. Imo illas in ipsa *Israelis adflictione Aegyptiaca*, tanquam in

*Typo,*

kk) In Tractatu Theol. Politic. c. VIII. p. 312.


Typo, fide intuitus est Moses e longinquo. Τὸν etenim ἐνεῖδισμὸν τῶ Χριστῶ  
*maiores ille duxit diuitias, quam Aegyptiorum thesauros.* Hebr. XI, 26. II)  
 Duras & probrosas populi in Aegypto afflictiones, quas *com. 25.* ad-  
 pellat PAVLVS *probrum Christi*: non tantum quia *Christi*, ex eo populo  
 seorsim in Cananaea habitaturo, atque adeo cum Aegyptiis non commi-  
 scendo, nascituri causa affligebatur, *coll. Exod. V, 19. 20.* quo sensu  
 alias legimus de *cruce Christi* Gal. VI, 14. *captiuo Christi* Ephes. III, 1.  
*afflictionibus & stigmatibus Christi*, Coloss. I, 24. Gal. VI, 17. neque  
 tantum quia fidelis Israel erat populus Christi Filii Dei, *coll. v. 25.* in  
 quo caput illud proinde vt in corpore suo mystico patiebatur. Act. IX, 4.  
 I. Cor. XII, 12. Verum etiam & ob similitudinem cum illo probro Christi  
 futuro, quam *Genitiuus* saepe indicat, Luc. I, 17. II. Petr. II, 16. idque eo  
 magis, quia in illa populi afflictione typica erat praefiguratio perpeffionum  
 vnigeniti Dei filii seminisque illius Abrahami, in quo omnes terrae inco-  
 lae erant benedicendae. Sic חץ תשועה *sagitta salutis*, II. Reg. XIII,  
 17. est sagitta salutem praesignificans. Et sic egregiam reddit PAVLVS  
 rationem, quare Moses potius elegerit vexari cum populo Dei, vt nimi-  
 rum sic seruiret Dei consilio concurreretque cum reliquo populo ad con-  
 stituendum cum eo Christi typum, ex quo ecclesia secuturis etiam secu-  
 lis fidei suae repeteret fulcra. *conf. Hof. XI, 1, cum Matth. XI, 15.* Et  
 quod ad specialem loci, in quo immolandus erat Messias, determinatio-  
 nem attinet, uidere nequeo, quod huius facta reuelatio typica isthoc tem-  
 pore magis mira debeat haberi, quam illius maxime singularis de *ossibus*  
*Messiae non frangendis* circumstantiae typica delineatio in Paschate ue-  
 teri facta, Exod. XII, 46. Iob. XIX, 36. quod etiam *per fidem peregrisse*  
*Mosen* testatus est PAVLVS, Hebr. XI, 28. Fuisse tamen in populo Isra-  
 elitico tunc temporis plures, & deinceps qui adagio hoc fuerint vsi abs-  
 que ueri sensus perceptione non negamus, qui hoc ipso modo propheta-  
 uerint, quemadmodum de *Caipha* Ioannes XI, 51. commemorauit.

## §. XX.

Et hoc uaticinium in IESV nostro Nazareno iamdudum fuisse im-  
 pletum, non est vt operose nunc demonstrum. Ille enim est ὁ ἀπὸς τῶ  
 D Θεῶ

II) uid. BASHVYSENI Dissert. doctiss. de | uest. 1722.  
 Mose regni Aegyptiaci Candidato, Ser- |


Θεὸς ὁ αἶψαν τὴν ἀμαρτίαν τῆ κοσμῆ, quem PETRVS προσεγνωσμένον πρὸ καταβολῆς κόσμου nuncupat in priori Epist I, 20. & IOANNES in Apoc. XIII, 8. καὶ ἄμνιον ἐσφαγμένον, & *semel*, per passiones nimirum mortemque uiolentam, *oblatus est*, Hebr. IX, 25. 26. omnium & singulorum hominum loco, qui propterea *Filii promissionis* adpellantur, & instar Isaac, ui foederis gratiae & promissionis, Deique supernaturali uirtute, regenerantur & Abrahami credentium Patris uestigiis presso pede insistant. Io. X, 15. XI, 51. Hebr. II, 16. Gal. III, 29. IV, 28. & quidem in MONTE GOLGOTHA, VNO montium terrae Mortuae, uere tunc *Monte IEHOVAE* dicendo. Quem omnes praeterea pii, quotiescunque crucifixionis Domini nostri Iesu Christi cum hac Patriarcharum Prophetia & fide priscorum conferunt, absque roboratae in *Crucifixum* fidei confirmataeque gaudio & cordis uere credentis laeta exultatione, animo contemplari nequeunt. Hinc in quocunque tribulationum genere expectatissimum finem sperantes, semper cogitant: יהוה יראו  
DOMINVS PROVIDEBIT.



DISSER.

## DISSERTATIONIS INDEX.

- §. I. Beneficia accepta spem futurorum parere in fidelibus probatur.
- §. II. Ex *Facto* & *Dicto* ualde notabili, tum *Abrahami*, tum piorum *Posterorum* eius inprimis demonstratur.
- §. III. *Locus*, cui nomen nouum dedit Abrahamus, breuius primo describitur a *re gesta* ac *spectaculo singulari* in eo exhibito.
- §. IIII. Dein latius a *situ* in *regione montis Moriaae*, qui idem cum monte templi.
- §. V. In *Tempus* quando, vt & *in rationem*, ob quam mons templi *Moriah* olim dictus fuerit, diligenter & fuse inquiritur.
- §. VI. Specialissime tandem indicatur *Locus* iste, qui fuit *unus montium* regionis istius, postea dictus *Calvaria*.
- §. VII. Huic nomen indidisse Abrahamum, ex Mosis narratione alii-  
querationibus contra Iudaeorum quorundam detorsiones, adferitur.
- §. VIII. Et amplius confirmatur, collatis aliis similibus locis & Exemplis.
- §. IX. *Nomen יהוה* hic vsurpatum fuisse ab Abrahamo, & Patribus ante Mosen fuisse cognitum demonstratur, & Loci Exod. VI, 2. uerus sensus ostenditur.
- §. X. Nomen hoc יהוה soli Deo proprium esse docetur, non obstante eius concursu cum aliis uocibus ad constituendum alicuius nomen compositum.
- §. XI. Altera pars eiusdem uerbi יראה exponitur.
- §. XII. His in uerbis, *orationem non ad Deum fusam* docetur.
- §. XIII. Neque gratam *Facti praeteriti* commendationem.
- §. XIII. Sed uel *Sententiam Doctrinalem* de Prouidentia Dei communi ac speciali.
- §. XV. Vel potius *Propbetiam* de *Messia* in hoc monte immolando argumentis confirmatur.
- §. XVI. Verba Mosis אשר יאמר היום explicantur.
- §. XVII. Dicti *Posterorum Abrahami* uariae referuntur expositiones.
- §. XVIII. Versio genuina adducitur & stabilitur.
- §. XIX. *Propbetiam* de Christo in hoc monte *immolando* contineri, colligitur.
- §. XX. Cuius implementum in Iesu Nazareno demonstratur. (gitur



26.

25.

24.

23.


22.


21.


20.


19.


18.























e hominis conculcantur : & quilibet 6. fanum li-  
 bit calcaneum, quam ut hujus cum periculo fer-  
 rit contritum: Imo 7. nulla sic inter serpentis pec-  
 catum esset proportio, illa enim solum serpentis  
 , cum tamen anima quoque, ex qua peccatum  
 iri debuisset. 8. Tantum primæ istius bestiolæ  
 filii calce proprie dicto conculcandum; semen  
 illius tantum odio esset habendum. Quapro-  
 d suberit & sicut semen mulieris ( ceu mox pa-  
 denotat Messiam: ita serpens hic solus erit dia-  
 jus per Christum contritione merito gaudemus  
 que nostri vestigia merito sectamur. Confer jam  
 modi pugnae Michaelis cum Dracone ipsiusque  
 II.7. item Matth. 4. 1. 1. Joh. III. 8. vid. loc. laud. Ea-  
 plura adhuc incommoda cum versum 14. tum  
 cum premunt, si ea de serpente exponas natura-  
 ro in diabolum apprime quadrant, experientia,  
 iptura expositioni de serpente naturali, nedum  
 gnantibus. Primum falsum præsuppositum &  
 vdos est, subjectum totius contextus <sup>הוא</sup> esse ser-  
 alem, quod & phantasma de ejus obsessione &  
 serpentis naturalis peperit. Secundum falsum  
 n & incommodum est, serpenti naturale non  
 entre incedere, pulverem comedere, cui expe-  
 o reclamant. Tertium falsum præsuppositum &  
 est, serpentes ante hominis peccatum erectos  
 procera eaque pulchriore, quam nunc, fuisse  
 e autem Cocceus ad h. l. ait: Libenter omitti-  
 cunt de serpentis statura aut sermone. Futilia  
 Quartum falsum præsuppositum & incommo-  
 serpentis naturalia fuisse immutata, pedes ejus  
 quid non? cum tamen ne in homine quidem  
 tum substantia naturalium eversa sit, vel etiam-

D 3

num

7  
 8  
 26  
 9  
 2  
 10  
 2  
 11  
 23  
 12  
 2  
 13  
 2  
 14  
 15  
 16  
 17

